MATUTINALE CUM DIURNALI ATQUE MISSALE CISTERCIENSE
Stams, 3. Viertel 14. Jh.
Seite 90r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

accepistis a nobis quomodo nos oporteat ambulare et placere
deo sic et ambulatis ut ~~ambulantes~~ habundetis magis. R.
Ecce odor filii mei. V. Angelis suis. Ad mag. ant. Visionem
quam vidistis nemini dixeritis donec a mortuis resurgat filius hominis.
Deus qui conspicis omni nos virtute destitui interius
exteriusque custodi ut et ab omnibus adversitatibus muni-
amur in corpore et a pravis cogitationibus mundemur in mente.
Invitatorium Adoremus dominum qui ipse fecit nos. Ps. Venite ex-
Senuit ysaac et caliga- Dominica .ii. R. prima.
verunt oculi eius et videre non poterat. Vocavit
que esau filium suum maiorem et dixit ei. Fili mi. Qui
respondit. Assum. Cui pater. Vides enim quod senuerim et
ignorem diem mortis mee. Sume arma tua pharetram et
arcum et egredere foras. R. Tolle arma tua pharetram et
arcum et affer de venatione tua ut comedam. Et benedicat tibi anima
mea. V. Cumque venatu aliquid attuleris fac mihi inde pulmentum
ut comedam. Et benedicat. lectio .ii. Cumque vena-
tu aliquid attuleris fac mihi inde pulmentum sicut velle
me nosti. et affer ut comedam et benedicat tibi anima mea
antequam moriar. Abiit itaque esau in agrum cum armis
ut iussionem patris sui expleret. R. Ecce odor filii mei
sicut odor agri pleni quem benedixit dominus. Crescere te faciat deus meus
sicut arenam maris et donet tibi de rore celi benedictionem. V. Qui
maledixerit tibi sit ille maledictus et qui benedixerit tibi benedictionibus reple-
Cum audisset rebecca lectio .iii. atur. Cresce-
et ille abisset in agrum dixit filio suo iacob. Audivi
patrem tuum loquentem cum esau fratre tuo et dicentem ei. Affer
mihi de venatione tua et fac mihi cibos ut comedam et benedicam
tibi coram domino antequam moriar. R. Det tibi deus de rore